

in hac commotu' sum. *AN.* âin tu? *CH.* primam dices,
sciõ, si videris.

20 quid multa verba? amare coepi. forte fortuna domi
erät quidam eunuchu' quem mercatu' fuerat frater Thaidi,
neque is deductus etiamdum ad eam. submonuit me 570
Parmeno

ibi servo' quod ego arripui. *AN.* quid id est? *CH.*
tacitu' citius audies:

ut vestem cüm illo mutem et pro illo iubeam mē illoc ducier.

25 *AN.* pro eunuchon? *CH.* sic est. *AN.* quid ẽx ea re
tandem ut caperes commodi?

CH. rogas? viderem audirem essem una quaecum cupie-
bam, Antipho.

num parva causa aut prava ratioſt? traditus sum mulieri. 575

illa ilico ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum;
commendat virginem. *AN.* quoi? tibine? *CH.* mihi.

AN. satis tuto tamen?

30 *CH.* edicit ne vir quisquam ad eam adeat et mihi ne
abscedam imperat; —

in interiore parti ut maneam solu' cum sola. adnuo
terram intuens modeste. *AN.* miser. *CH.* "ego" inquit 580
"ad cenam hinc eo."

abducit secum ancillas: paucae quae circum illam essent
manent

noviciae puellae. continuo haec adornant ut lavet.

35 adhortor properent. dum adparatur, virgo in conclavi sedet
suspectans tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura
haec, Iovem